



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Promoemivm.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)



IQ. BAPTISTÆ
PORTÆ NEAPOLITA-
NI, MAGIÆ NATVRALIS
LIBER QVINTVS,

Metallorum transmutationes explicat, sive
chymica experimenta.

PRO O E M I V M .



A M ad ea videor accessisse expe-
rimenta (dum incepit ordinem
sequimur,) qua vulgus vocat chy-
mica, circa qua non solum magna
mortali pars haret, sed eius in-
extinguibili siti vniuersus astut
mundus. Vnde vt aliqua de his narremus coacti ag-
gredimur: nam non vanas spe lucri, ac sub continua
voluptatis esca, & illecebris, tam rudes homines, &
idiotæ accedunt, vt non sine magno huius facili op-
probrio pertractentur, & huius artis cultores inuisi
omnibus reddant. Dum enim sophistico auro propa-
rando laborant, vti horum principia penitus igno-
rantes, vbi bona decoixerunt, in perniciem ruunt, va-
naq; auri spe deluduntur. Ut rectè Demetrius Pha-
lereus ait. Quod capere debuerant, non ceperunt,
quod autem possidebant, amiserunt, & metamor-
phosim, quam in metallis expectant, in seipso expe-
riunt;

riuntur, iunc, (quum hoc vnicum solamen intueniant) commentitüs fraudibus alios fallere, & sibi comites efficere nituntur. Et adeò artis, & lucri desiderium libros auxit, & mendacia, vt nil ferè aliud circumferatur, ac optimè Diocletiani iussu sint omnes exusti, & in cinerem versi. Sic optimè rei fidem in peiorum usum conuerterunt, ceu dignioribus sepe rebus contingere videmus. Est sanè res non paruipendenda, sed experenda maximè, & præcipue ab his, qui Philosophia studijs nauant operam, & Naturæ arcana perscrutantur: inuenient enim plura, quæ admirari possunt, & qua ad humanos usus mirum in modum sunt necessaria, dum multas perspicient transmutationes, & effectus, eos vidisse non parum letabuntur, nam ad altiora, nobilioraq; ad tum reserant, quæ pertractare, & inuestigare; plerosque maximè autoritatis Philosophos non puduit. Hic montes non pollicemur aureos, nec quem homines rentur percelebrem Phosphorum lapidem illum, multis scutulis iactatum, & fortasse aliquibus compertum, nec poculentum aurum, quo homines ab interitu immunes tueantur, nam neesse est mundo hoc vertibili, & alterabili, interitui omnia esse obnoxia, talia namq; promittere temerarij prorsus ingeniū erit. Sed quæ tradere intendimus hæc sunt, quæsd legentes boni consulant, ne eorum insanie, & vecordia in vos iacent. Hac nos vidimus, & per tractauimus, & hac tradere intendimus.

Q 2